

navigantes, primo impetu Syracusas ceperunt, eadeque civium facta, ornamenta urbis Romae, quae Constans illuc transtulerat, & simul Syracusanam gazam navibus imponentes, celeriter abierunt. Blond. l. 9. inclinantis imperii. Anno Christi 594. Banditae in Italia, &c.

SACRILEGIUM, FURTUM, PECULATUS.

Consule tit. Sacvilegorum, Furum, Depeculatorum.

Cum primum Perfa in Euboeam militavit, Dionaeftus vir Eretriensis praerat thefaurum eustodire. Omnibus vero mortuis, cum & necirent, Dionaeftum habere pecuniam, thefauros istos apud se retinuit. Athen. l. 12. c. 17.

INVENTUM EPMAJON. Ex praeced. tit. Regiones inventae, Thefauri inventi. Gemmae repositae. Metalli fodinae repositae.

DIVITIARUM ACQUISITIO PRIMARIA RESPECTU OCCASIONIS, TANQUAM INSTRUMENTI, CONFIDERATA. Divites facti.

PRUDENTIA. Vide tit. Prudentia in acquirendis opibus.

ANTYUS Athenienfis, Socratis accusator, divite, & sapiente patre Athenione natus, non casu quodam, aut alicujus largitione opulentus evasit, quemadmodum Thebanus Imenias Polyeratis pecunias nactus (sed prudentia propria, atque vigilantia. Plato in Menone.

PIETATE, RELIGIONE.

Ex loco Justitiae religiose praemia, huc quaedam. OBEDENTOM Levita facultatibus mirum in modum affutus fuit, cum per tres menses arcam Domini hospitio fovisset, 2. Sam. 6.

Delphicum oraculum superstitione vana, & hominum incunctia, multoque amplius immundorum vasticis spirituum illuc evectum est, ut non omnium modo gentium fieret affluus, sed passim praepotentium quoque regum, ac principum populorum dona mitterent opulentissima: ut inde Delphici maxime celebrarent thefauri: & Aphetorais opes, ut immensas, praesignisq; certatim memorent Graeci: Nam ab edendis oraculis Aphetora dici Apollinem, novimus. Caes. l. 8. cap. 16. Antiq. Led.

Rhodus insula locuples admodum fuit. Fabulam recenset Pindarus: Rhodios Minerva primum nata primos sacrificasse. Proinde Jovem ea pietate delectatum, nube aurea in aere suspensa totam insulam irrigasse. Quod ipsum Homerus quoque Nialos beta videtur innuere, ubi de Rhodiis ait: Καταρτοι διαφρησι πικροτα κερκελα θρησιον.

HERCULES cum in Italiam venisset, ob honorem sibi a Palatinis Aboriginibus impensum, dixisse fertur, eos, qui sibi, postquam ad eos translatus esset, decimas bonorum dicarent, vitam felicem viderent. Quod & evenisse usque ad hoc tempus, constat: Multi enim Romanorum non solum mediocriter censu, sed & qui diuissimi sunt habiti, decimas Herculi voverunt: posteaque fortunatos facti, bona sua ad quatuor talentorum mensura Herculi sacrarunt. L. Lucullus Romanorum ferme ditissimus, aestimatis bonis decimam Herculi partem dedit, epulas praebens continuè, ac profudens multa. Templum insuper juxta Tiberim egregium Herculi condidit. Romani, in quo ex decima sacra deo offerunt. Diod. lib. 4. cap. 3. Plat. in Problematibus, hujus consuetudinis aliam adfert causam, puta quod ipse quondam Hercules, boum, quos Geriyni abstulerat, in Palatio decimam partem immolarit: vel quod Romanos ab Hetrucis decimari solitos liberavit. D. Erasmus in Proverbiis, Amico Hercule.

Fuit Midas Phrygiae tyrannus: cui, juxta poetarum signimenta, concessum a diis est, ut propter Bacchum hospitio acceptum, quod vellet, optaret, accepturus quicquid optasset. Optavit, ut quicquid corpore contigisset, protinus in aurum verteteret. Historicorum litteris proditum est, huic puero dormienti formicas in os grana tritici congestisse: respondisse augures, omnium mortalium illum ditissimum futurum: atque ita evenisse: Hinc Plin. primum attribuit locum inter insigniter divites. lib. 33.

HOSPITALITATE.

ALCMAON Megaclis filius, Atheniensis, eos Lydos, qui Sardibus Croeso Delphos ad oraculum irerant, comiter accepit. Cujus beneficentiam Croesus ad Lydis, quos ad oraculum miserat, cum audisset, hominem accepit: & ubi adventu, eum donavit tanto auro, quanto semel corpore suo ferre possit. Alcmaon igitur pergrandem tuticam amictus, ingenti

in ea sinu relicto, cothurnisque laxissimis calceatus; ad thefaurum perrexit, ad quem ducebatur. Ibi in acerrum Elementorum procumbens primum cothurnos, quibus erat indutus, auro referit. Deinde omnem finem suum, atque etiam crines tamentis subigens, & parte in os desumpta, è thesauro proecessit, egre trahens cothurnos, cuius alteri rei, quam homini similis. Cujus os cum turgidum esset, & omnia onusta incernens Croesus, in cachinnumque erumpens, ea omnia illi donavit: nec minoram aliam dona dedit. Ita domus Alcmaonidum vehementer locupletata est. Herod. lib. 6.

HUMANITATE.

CAUNTUS fuit quispiam, qui cum utriculo aquae sitientis Attaxerxi regi Persarum portaxisset, ab eo ad summam opulentiam evectus est. Plat. in Attaxerxi.

CORRUPTELA MUNERUM.

CALLIST. Cai libertus, conjuratus se conjunxit, qui unum plurimum apud cum poterat, socius quodammodo tyrannidis, & formidatus omnibus, abundansq; pecuniis, quas ex munerum corruptelis paraverat: utebaturque immodecè hac potentia, suspectum nihilominus habens principem, cujus ingenium norat implacabile, & in semel desinitatis pernix. Ipse autem inter alias periculi causas habebat non postrema, quod esset pecuniosus nimium. Joseph. lib. 19. cap. 1. Antiq.

PULCHRITUDINE, FORMA.

Consule tit. Meretricum & Patriciorum. LABORE. Huc refer Mechanicorum artificum exempla, quatenus ex arte sordida questum faciunt.

IMPUDICITIA FILIAE.

Cantor, pater Stratonicæ, ob filiae amorem repente dives à Mitridate regere effectus. Plat. in Pompejo.

DIVITIARUM ACQUISITIO SECUNDARIA.

AMISSE OPES RECUPERARE QUOMODOCUMQUE. Huc generis familiae restauratio. Huc referri possunt exempla quaedam ex tit. Senes, qui genuerunt. Item Cupiditas habenda sobolis.

DAVIDIS stirps omnia ab Athalia ferro delcta. Joas puer evasit. Iterum Sedecia abdidit, & in carceribus mortuo, Jehonias, qui ante illum voluntario carceri se manciparunt, ab Evilmerodac liberatos stipem conservavit. Eadem stirps in Maria Virgine, & Joseph fabro lignario ferè intercedat. Sed Deus per contemptissimam eademque sanctissima organa, solum Davidicum in aeternum permanfurum, Christum benedicendum excitare voluit.

Cum Israelitae omnes apud Maspham convenissent, vindicaturi Gabaculum Benjaminitarum scelus (de quo sub Tit. Peena stupri) iurejurando confirmarunt, nullum furum filiam suam uli Benjaminitarum daturum esse in matrimonium. Tota igitur viri ferro, & igne effusa, excepis 660. qui in rupem Remmonis confugerant, & illic per 4. menses permanerant: Israelitae Bethel profecti: coram Domino quæsti sunt, unam Israelitarum tribum interiisse. At eam consulto Domino reparare iussit, cum sexcentis illis pacem inierunt. Caeterum quia ad reparandam tribum feminis opus erat, & ipsi juramento impediti, suas illis filias dare non poterant: cum intellexissent, solos Iabenes Galaaditas in castris ad Maspham non fuisse, miserunt eò 11. millia, qui Iabenes adorti, omnes viros pueros, & mulieres virtum eductas, ferro trucidarunt: virgines 400. in castra ad Silitem adductas, 400. Benjaminitis nupti dederunt. Verum quia ducenti supererant, qui uxores non habebant, cum comperissent, festum Joaz quotannis agi Silunte à Septentrione Bethel: praecerunt 200. illis, ut quando animadverterent Siluntias puellas ad saltandum exire, ipsi dispositis insidiis prodirent è vineis, & singuli singulas in matrimonium raperent, atque in agrum Benjaminicum discederent, sibi deinde cura futurum, ut parvulum iri placaretur: illos enim, cum spontè non deditissent, extra culpam fore. Atque hac ratione Benjaminica tribus reparata fuit. Judic. cap. 21.

EO bello, quod contra Emmanuelem Græcorum Imp. Veneti gessere, dum simulata à Græco pace legati citro ulstroque mittuntur, subita vis morbi Venetam classem invasit, tanteque vis hominum brevi consumpta est, ut creditum sit vulgo, & fontes, & flumina unde Veneti aquabantur, Emmanuelis fraude venenis infecta. Et qua pestis in hybernis contracta aliquanto atrocibus incubuit, ut remiges, sociique navales passim expirarent, turmarum clamoribus, amarisque criminationibus Vitalis Michael II. Venetus dux terricus, classem vehementer affectam

affectam Venetias reduxit. Vulgatus est inde motus, totaque a urbs pestilentia infecta, ut multo plures hic paucis diebus, quam fors, vita defuncti sint. Qua recenti clade tanta orta est, omni invidia, ut concione egressus, cum se purgare volenti ab omnibus obfrepere, interfectus sit, anno sui principatus decimo septimo. Omnes Justinianae gentis viri, qui ad id bellum exierant, ad unum interiit. Quæ domus apprime nobilis ne profusus extingueretur, publicè est à Romano Pontifice petium, datumque civitati, ut unus Nicolaus, qui ex ea familia reliquis esset, sacrisque D. Benedicti institutus, ad reparandam stirpem daret operam commobit. Et fide dux filiam Annam desponsurum profitebatur, si per Alexandri Pontificis gratiam liceret. Cui petitioni Pontifex assensus est. Ex eo felici conjugio mates liberi, & femine aliquot editæ. Nicol. tandem, cum uxore de ineunda religione iterum cogitare cepit. Igitur ad D. Nicolai in litore maritus redit, sacris iterum imbuendus, & uxori ipsa non longè à Torcello cenobium extruxit, quod D. Adriano dicatum esse voluit. Egnar. l. 4. c. 3. An. Marcellus in vita Vitalis, l. 7. Sab. l. 5. Eng.

In nocturna cade, qua Eduard. Baliolus Scotorum regnum affectans, in Scotos ad Dupyn vicum graffatus est, inter tria milia nobilium casus quoque Guilelmus Hay Connestabilis cum tota familia ad intentionem, ni gravidam domi uxorem reliquisset, unde genus reparari poterat. H. Boet. l. 15.

PATRIA RECUPERATA.

Ex Tit. Libertatis recuperate.

THRASYDULUS Atheniensis exul, comparato exercitu, xxx. tyrannorum dominationem Athenis sustulit, juvante Lyandro Lacedaemoniorum duce, exulesque restituit. Insuper plebsicum tulit, quod duncivocant, quae injuriarum memoria deleretur, exulibus iurejurando adactis. Cujus Cicero in Philippicis, & Valerius meminerat.

ALBOINUS Longobardorum rex in Italiam profecturus, xx. Saxonum millia in societatem belli petraxit. In quorum sedes Clotharius, & Sigebertus Franc. reges, Suenos ad Rhenum fedentes traduxerunt. Jam cum occupata Italia, Francis Longobardorum nominis terei esse cepisset, Saxones ab illis avulsos in Galliam evocare: sed mox gravi clade affectos, in Italiam redire compulsi. Inde etiam à Longobardis pulsi, cum Sigeberto Metensium rege pacis sunt, uti ab eo in patrias sedes restituerentur, quas anno antè quindecimo reliquerant. Sigebert. Suedis suis, ut regionem patrii paterentur, vellentq; æquo jure cum Saxonibus habitare: Saxones verò contrà, patriam sibi totam non dimidiar, ex fœdere adjudicandam contendent. Et, cum altercationibus aliquandiu res protracta esset, insitire Saxones, ut si nollet rex, aut nequiret Suedos aliena deturbare terra, æquo ferret animo, si armis ipsi iustissimis quærenter, quod tanta cum injuria negabatur. Passus verò ille et Saxones in Suedos ducere: neque interea defecit pacem querere inter eos, fœderaque componere. Sed nullis verbis, nullis pollicitationibus molliri Saxonum pestora potuerit, qui ferro potius expectari, quàm pacto vellent. Et ventum est ad prælium, in quo superatis, & magna interneeione caesis Saxonibus, mansit regio Suedis: quàm, prout initio accessus sui facere ceperant, Sueviam appellarunt. Sed tamen Saxonibus obnixè instabantibus, cum Francie reges alius impliciti bellis tenerentur, arma undecumque contraxerunt, & cum Suedis de novo congressi, extrudunt e regione, & recuperate per arma patriam filios, & uxores invexerunt. Ejectos provincia Suedos insuper contumelia affecerunt. Nam legem faverunt, mulieres concessione paterna haberi: & rursus in suis consuetudinibus (quas postea Speculo Saxonum indiderunt) cum eas Carolus Francofirmarent, militarium conditionem in multis ob eam rem fecere deteriorum. Verum est tamen, quòd incerta Glossatoris causam refert in eam professionem, quam in Britanniam Saxones fecere, ignorantis quod inde nunquam egressi perpetua ditioe insulam servare, cum uxoriibus, & liberis ibi remanentes: sed ex hac Italia, cum Longobardi expeditione illa, quæ diximus, in feminas sunt constituta. Crantz. l. 1. Sax. c. 30.

HENR. LEO, Saxoniae dux, subactis Vandalis, Obotrithorum regionem inter suos milites divisit, alias illis, Mecklemborg verò dedit Henrico cuidam nobili de Saceren, qui Saxonum eorum, quos Carol. Magnus ex Transalbanis in Brabantiam, Flandriamque transtulerat, posteros in Vandaliis reduxit anno 1160. viciniam majorum patriæ. Crantz. l. 6. Sax. c. 19.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

Huc referri possunt expeditionis quævis memorabiles, quibus possessiones, & Pomeria sua longè latèque extendunt varii Principes. Inter quos Ferdinand. II. Imp. merito primas habet, qui exiguo tempore subacta Bohemia, ac toto Palatinato ad deditionem coactò, tandem veteres Imperiis limites, terminosque recuperat, non tantum nomine, sed reisipia Germanicæ Imp. appellandus.

REGNA RECEPTA.

Ex tit. Variis casibus agitatorum, quædam huc pertinerebunt.

Memoria prodidit Apollodoros lib. 1. Medeam post crematam Creontis regiam, curram à draconibus tractam à Sole accepisse, & contendisse Athenas, ibique nupsisse Aegeo. Sed cum insidias machinaretur Thefeo, Athenis aufugere coactam, in patriam reverfam, paternum imperium, quod is per fraudem propinquorum amiserat, casu patris Perse, patri Æteæ restituisse: atque hoc non sine Jafonis auxilio, qui fuerat reconciliata. Nat. Comes Mythol. l. 6. c. 7.

An 706. Justinianus, cum per decennium imperio spoliatus exulasset, insidias Cherfonnesium, & Bosphoranorum metuens, à Ponto profugit, atque ad Trebellium regem Bulgarorum se contulit, indeque auxilio ejus regnum recuperavit, & Leontium, ac Tiberium, qui sedem regni usurpaverant, captos in medio jugulari Circo præcepit. Callinicum verò Patriarcham luminibus exuit, ac Cyrum abbatem, qui exulem in Ponto alucrarat, ei substituit. Sig. l. 2. regni Ital.

URBES RESTAURATE.

Hierosolyma urbs instaurata fub Nephemia fuit, & dedicata. Morem dedicationis. vide 2. Esdr. 12.

Platzæ Bœotie urbs bis excisa, & restituta est. Bello primum Peloponnesiaco à Spartanis, duce Archidamo, expugnata: post tamen restituta est, & qui Athenas confugerant, in patriam redierunt, per eam pacem, quam Græcis omnibus à Persarum rege Antarcidas Spartanis confecit. At post ex insidiis à Thebanis, & reliquis Bœotis, criminationibus, quod Spartanorum partes fovissent, meridiano tempore, cum major pars in agris esset, mœnibus exclusi sunt, anno tertio ante Leutricam pugnam. Urbs tota præter deorum templa excisa, viri cum singulis, mulieres cum binis vestimentis demissa, Athenas migrarunt. Victis deinde ad Charonem Thebanis, Philippus rex exules in pristinas sedes reduxit. Pan. in Bœoticis. G Alexander Magnus Plalaenium mutos restituit honoris ergo. Vide Tit. Libertatis præmia.

EPAMINONDAS post victoriam Leutricam sempiternæ gloriæ cupidus, Arcadiibus, caterisque focis suavis edificare Messaniam, quam multis antè annis à Lacedæmonis diruta erat, & situm ad instellendam Spartam commodissimum tenebat. Contententibus igitur universis, omnes, qui de Messanienibus reliqui manserant, requisivit, item alios, qui vellent, civitate donavit, Messaniam condidit, conditam multis habitatoribus ornavit, his terram inauratam sorte dispersit: atque ita urbem Græciæ nobilem intra dies 805 restituit, & reparavit, laudemque apud omnes mortales magnam est consecutus. Diod. l. 15.

Roma à Gallis fœdè diruta, & vastata, cum Vejos migrare populus vellet, Camillo & L. Lucretio sedulo renitentibus, omnino felici accedente, mutatis animis Rom. promissæ ceperunt, & sine discrimine, prout paratus quique fuit, aut qua cuique libuit, in vacuo ædificare. Unde festinatio, & acceleratio curam exemti vicis dirigendi in ædificanda urbe, distinguendique ædificia: nam intra annum affererant novam tum mœnibus, tum privatis testis fiteite urbem. Plat. in Camillo.

URBES RECEPTÆ.

Romam Totilas, Gothorum rex, proditiõne quatuor militum Isaurorum ad Afriniam portam excubantium cepit ann. 546. & tertiam partem urbis disturbavit: nobiles omnes (nam plebei multo antè fame adacti execerant) secum abduxit, & in Campaniæ oppida hinc inde dispersit: Belisarius Justiniani Magni Imp. dux, paucis in presidio Portus relictis, cum cæteris Romam accessit, ac partem mœnium à Totila deturbatam lapidibus temerè coacervatis, ac nullo cemento interlitis fœpsit, atque exterius ingenti sudium ordine fœpsit, ut quando infœuræ non posset, saltem aliquam speciem ædifici daret, quicquid muros verò fossam profundiorum duxit, universo per dies quindecim in id opus exercitu incumbente. Inde Romanos, qui circumiecta tenebant oppida, revocavit: qui partem desiderio urbis, partim copia rerum necessariorum, quas ille abundè invexerat, summo studio revierunt. Nondum fores

portis præ paucitate opificum imposuerat, cum Totilas hac de A re certior factus superuenit. Sed post tertiam oppugnationem turpiter à muris repulsus, cum in fugam se contulisset, multos è suis desideravit, vehementer à reliquis increpitus, quod Roma semel captam non funditus delevisset, ne quando à Romanis recipi posset, atque ipsi in ea recuperanda tantum laboris exhauriendum esset, oblitus, quantis nuper cum laudibus extulisset, quod murorum parte dejecta urbi clarissimæ peperisset. Belisarius ferratis foribus portis impostis, claves earum ad Justinianum cum litteris rem gestam significantibus destinavit. Belisario interim contra Persas revocato, cum Justinianus ducentem in ejus locum mittere cunctaretur, iterum Roma, quæ teneri potuisset, amissa est. Isauri quidam, qui ad portam Capenam exulabant, exemplo Isaurorum, qui Arianam prodiderant, ducti, partim stipendia debita sibi non soluta, causati, in colloquium cum Totila venerunt, & urbem illi prodidere an. 549. Sig. 1. 19. Imp. occid.

REVERA SACRARUM RECEPTIO.

Cum, captis Hierosolymis, Nabuchodonosor Sedeciam cum B omnibus Judæis abduxisset Babylonem, Hieremias propheta monuit sacerdotem, ut ignem ex ara sumptum in quodam puteo arido abderent. Post septuaginta annos Nehemias reversus, cum Judæis, sacerdotum posteros ad ignem illum petendum misit: qui non ignem, sed aquam crassam invenerunt, eaque iustu Nehemias ligna, & holocausta perfuderunt. Interposita deinde mora, cum Sol, qui nubibus obductus fuerat, effulsisset, tantus exarlit ignis, ut victimam consumperit. Sacerdotes interea supplicabant. Consumpta victima, iustu Nehemias reliqua aqua majores lapides confersi sunt. Flamma inde exarlit, & lumine ex altari contra resurgente, absumpta est. Et sic expliatio perfecta fuit. Ea re audita, Perfarum rex Darius putei illius locum oblesit, sacrumque fecit, & magna ad id, dona contulit. Nehemias locum appellavit Ephthar, id est, purificationem. 2. Machab. 1.

Simulacra Deorum MMD. quæ Cambyses rex, capta Ægypto, in Persidem asportaverat, Ptolemæus III. Ægypti rex, victo Seleuco Callinico Asiæ rege, recepit. Ægyptii idcirco, quia post multos annos deos eorum retulisset, Evergetem appellarunt. Hieron. in c. II. Daniel.

C ANIMALIA REPERATA.

Ulysses equas amissas per totam Græciam querens, tandem reperit, illicque loci Dianæ templum exstruxit. Paus. in Arcadiis. Alexandro Magno per Mardox exercitum ducente, pueris, qui equos regios decabant, paulò post regem euncibus, Barbari aliquot facto impetu, equum, qui cæteris erat melior, abstulerunt. Hunc equum regi donaverat Corinthius Demaratus, eoque Alexander in omnibus præliis Asiæ usus erat. Is, cum esset nudus, sibi etiam equonem insidere patiebatur: at cum ephippiis, & regis ornamentis erat instructus, seseorum alium nullum, quam Alexandrum accipiebat, cui & ultrò adstaret, corpulque inscendenti reclinabat. Ob ejusmodi dotes, equum cum sibi ablatum esse, ægerrimè ferens Alexander, iustis loci arbores omnes concidi, perque homines ejusdem linguæ incolis denunciari, nisi equum restituerent, omnes eorum agros, & urbes vastari, homines ad internicionem occidi conspiciendos. Hæc minæ, cum celeriter recipia præstarentur, Barbari perterriti, equum cum magnis muneribus per viros quinquequaginta remisissent, orantes ut secum clementer agere vellent. Alexander accepit obsequiè maximè insignes viros. Diad. 1. 17.

LIBRI SACRI REPERATI.

ESDRAS, Sarajæ F. sacerdos, in Babylone captivus sub Dario rege, ab angelo iustus fuit quinque scribas velocissimos adhibere, nimirum Saram, Dabriam, Seleamiam, Echanum, & Astelem, multaque buxæ tabulis comparatis, in campo postera die comparere. Paruit Esdras, & poculum sibi ab Angelo porrectum, plenum quasi aqua, colore ignis, ebibit, actulque sapientia, per quadraginta dies, & noctes continuas quinque illis scribis dictavit quatuor, & ducentos libros: quorum centum triginta quatuor populo proponeret, at septuaginta ultimos, qui acroamatici essent, doctis popularium suorum tradere iustus est. Et sic facti, quos Chaldaei exarserunt, reparati sunt. 4. Esdræ 14. & Euseb. de Ratione temporum.

THESAURI AMICI REPERATI.

Stamatus quidam Cretenfis Venetis D. Marcizædes, in qui E bus thesauri publici conservator, ingressus, ea templi parte, qua Puerorum ata sita est, marmoream tabulam eiecit: in de nocturno opere defunctus, applicita suo loco tabula, circumductoque tectorio, ita ut nullum facturæ vestigium appareret, exactam inde materiem ante lucem asportavit. Atque hoc modo plures noctes operatus ad intimum conclavæ pervenit: tum inde eximere cepit amplissimos thesauros. Hos cum Zachariæ cuidam Griioni, patricio Veneto, & compatri suo ostendisset, pretiosissimumque lapidem, ut siletet, dono dedisset: Grioi in curiam sese proripuit, inde ad principis conspectum admisit, atrocissimum retexit facinus, & ne fides rei deesset, gemmam dono acceptam sinu depromsit. Qua conspecta, missi sunt, qui furem comprehenderent: atque ita omnia, quæ sustulerat, recepta sunt, ut nihil ex tam pretioso apparatu (cujus æstimatio vices centena aureorum numerorum millia æquasse dicitur) defuerit. Furti autem ad geminas columnas est laqueo necatus. Indici præterea aurum, quod in præsentia dono accepit, perpetuum est salarium ex publico decretum. Sab. 1. 6. Dec. 3.

AURUM, PECUNIA REPERATA.

BELSES, Babylonius sacerdos, Arbaci Medo præderat, & F fore ut Sardanapalum regno Assyriorum eieceret. Id cum ita evenisset, Arbaces præmiò loco Belsidem Babylonis præderat. Sed & quidam olim Sardanapali eunuchus, cum ad eum clam ex regia magnam copiam auri, argenti, & detulisset, quam sine suspitione alio transferre non poterat, finxit se vovisse, si regia simul cum Sardanapalo conflasset, cineres ex ea se Babyloniam translaturum, quo regi delecti Assyriorum perpetuum monumentum extaret. Concedens Arbaces, Belsis naves vehendis cineribus præparans, thesaurum ex regia avexit. Diad. 1. 2. 9.

Evocatus à præside Atheniensium Miles ad causam dicendam fuit. Hic quicquid haberet auri in manibus statuat Demosthenis deposuit. Habuit illa dicitur inter se implicatos, & iuxta enata fuit non magna platanus. Ex ea multa folia (sive ventus ea decussisset, sive idem, qui deposuerat aurum, & iuxta circumjacencia, & circumfusa aurum, longo tempore occulerat. Postquam homo ille reversus, eodem loco inventum aurum recepit, ac fuit rumor hic dissensus: multi adolescentis urbani, sumpto hinc in Demosthenis abstinentiam argumento, certantur inter se epigrammatibus. Plut. in Demosthene.

ANNULLI, GEMMÆ REPERATE.

Israelita quidam exiis, qui à Salmasiariæ abducti fuerant, bona sua pauperibus omnia distribuiverat, duobus tantum aureis servatis, cum à sacerdote illos audivisset: Qui miseretur pauperum, Deo foveretur. Summa preffus inopia, Hierosolymam iter instituit, cum Deo eorum imploraturus. In itinere duos mendicos obvios habet, inter se de gemma inventa contendentes. Rixam illorum uti dirimeret, aureos illos duos pro gemma tradidit, eamque aurifabro primium, inde Pontifici ostendit: qui Angeli monitu edoctus, assuturum mox peregrinum, qui amissam ex Ephod gemmam referret, eandem magnam pecuniæ summam redemit, & alapa inflata, ne de Deo amplius disscideret, admonuit. Cæd. in Histor. Compenio.

EDOUARDUS III. Anglorum rex pauperi elemosynam petenti, Amore D. Joannis Evangelistæ, annulum de manu detractum dederat. Multo post à peregrinis quibusdam Hierosolyma venientibus annulum illum recepit, & mortem sibi instare per quietem didicit. Polyd. 1. 8.

POLYCRATES Samiorum tyrannus, cum Smaragdum gemmam signatoriam in mare medium abjecisset, ut tanta iactura diuturnam suam prosperitatem quodammodo refrenaret (ita enim persuasus erat facere ab Amasi Rege Ægyptiorum accidit sexto post die, ut piscator quidam piscem magnum, atque pulchrum à se captum dono Polyerati offerret. Quo exenit-rato, in intestinis gemma inventa, & Polyerati restituta fuit. Herod. 1. 3. & Strab. 1. 14.

ARNULPHUS, Lotharingæ princeps, annulum, quem abjecerat, in fluvium Mosellam, in pisce reperit. Marul. 1. 4. c. 10. & 1. 2. c. 12. Fulg. 1. 6. c. 9.

MATHIAS Pannoniæ rex, pinxit pro simbolo suos in moneta, & alibi, corym gestantem rostro annulum: cuius causam hanc reperit. Eripuerat ipsi corvus nobilem Smaragdum detractum digito. Rex infecturus, globo Sclopeti corvum interfecit, & annulum recuperavit. In Silesiæ Annalib.

ARMA REPERATA.

MAR. CATO junior prælio contra Perticum ad Pydnam, amisso gladio in pugna, incredibili fortitudine inter medios hostium

hostium acervos repetit illum. Plutarchus in ejus vita.

VESTES RECEPTÆ.

EVROMODUS, Razeburgensis Episcopus in Vandalia, cum in pontificalibus quippiam operis nudis manibus esset facturus chirothecæ pontificales deposuit. Festinus autem ad id, quod erat gerendum, non attendit, ubi posuisset. Inventæ sunt autem in aere pendere fine adminiculo: quod stuporem videntibus in-cussit, & Vandalos in fide confirmavit. Crantz. h. 6. Metrop. cap. 19.

UTENSILIA REPERATA.

Quidam Vates cum, Elisa permittente, ad Jordanem materiam pro construendo turgo caderet (erat enim locus Elisæi argutus, quàm qui omnes vates apud eum diversantes caperet) ferrum securis, quam commodato acceperat, in fluvium de-lapsum est. Elisæus ergo lignum secuit, & eò deiecit, mesaque securi, illi iussit, ut eam tolleret. 4. Reg. 6.

ROMULI lituus, qui in oculi regionibus describendis usus est, post elatum Gallicum in cineribus urbis illelus inventus à Romanis. Plut. in Camillo.

Martianopolis, Thraciæ metropolis, Trajanum Imperato-rem habuit conditorem, indito nomine germanæ fororis Martiæ. Nam ea dum cum aurea pelvi ad ripam fluminis, nescio quid lotura, confisteret, elapsam de manu vas profunda pe- vit. Ubi tristis metalli aurum acculeret secum negligentiam, ecce contra vim metalli aurum emersit, ac se reddidit domi- ni moerenti. Cujus rei miraculo motus Imperator, fertur civi- tatem eo loco condidisse. Crantz. 1. 2. Suet. c. 5.

MAVRILIUS, Andegavenf. Episc. dum spectatur, donec sacrificium peragitur, interitum is, quem baptizaturus erat, vita defungi- tur. Sæd id negligentia imputans Episc. usque adeo doluit, ut re- lecta Ecclesiæ, navim confendens clam autogeret. Fortè fan- ditiæ claves secum tulerat: quibus de manu in mare clapsis exiit. Ita vero incidio se profus Episcopatui indignum, atque inde jam propoluit, nunquam in sedem suam reverti, nisi inven- tas quis claves ad se restitisset. Septennio necatur, clerici ejus in itinere capto pisce, & exenterato, claves inveniunt, atque ad Maurilium, qui interea principi cuidam famulus erat, de- ferunt, pristinasque dignitati Episcopali restitunt. Marul. 1. 4. c. 10. & 1. 2. c. 12. & Fulg. 1. 6. c. 9.

METRON, confessor, penitentia causa compede ferrea se- vinxit, & clavem, qua nexus dissolvetur, in Athesim flu- vium projecit, atque oravit, ut tunc illum repertam conspiceret, cum ipse omni culpe labe purificatus esset. Non post mul- tos annos intra capti piscis ventriculum repertam, eique resti- tutam ferunt. Ibidem.

DIVITIARUM ACQUISITIO NULLA.

Consule locum Liberalitatis, Non accipere ea, que offeruntur.

DONA NON ACCIPERE.

PHOCIONI Atheniensis, cum pecuniarum acervus à Philippo rege Macedonum donò mitteretur, nequaquam accipere vo- luit. Hortantibus autem oratoribus, ut etià iis carere posset, filiis tamen eas acciperet, quibus valde difficile, paternam di- gnitatem in tanta paupertate tueri: respondit, Si mihi fiant similes liberi, hic idem agellus, qui me ad hanc dignitatem evoxit, illos educabit, sin dissimiles, nolo eorum luxuriam his opibus alere. Dignus, de quo sit diu inter Græciæ Josephitas quæsitum, majore Alexander esset, an Phocion, qui Alexandri aureum contempsit. Sab. 1. 8. c. 5.

C. FABRICIUS, paupertatis exemplum, & norma, oblatas à Samnitibus divitiis neglectis: epulæ silicæ præ nimia pauper- tate de publico dotata fuerunt. Hunc Pyrrhus, rex Epirotarum, nec auro, nec pollicitationibus expugnare potuit, ut se- cum esse vellent, ac proximum à rege locum obtineret. Plin. de Viris illustribus.

PREDAM NEGLIGERE.

Cum capta à Q. Fabio Maximo Tarento, agerentur omnia, fer- renturque, traditur interroganti scribe, quid fieri de diis vellet (tabulas, & signa significanti) respondit Fabium: Deos iratos Tarentinis relinquamus. Heculis tamen signum ingentis ma- gnitudinis Tarento avectum posuit in Capitolio, iuxtaque sta- tum equestris suam ex ære. Plut. in Fabio.

HEREDITATEM REPUDIARE.

ABRAHE Ægyptio eremita, vasti in solitudine, clausa etiam cellula, degenti, nihil omnino supellectilis erat, præter catinum, vestemque cilicicam, & rusticum sagum. Sic usque ad quin- quagesimum ætatis suæ annum (qui vitæ ultimus fuit) dicitur L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.

perdurasse, ita ut nihil unquam amplius concupiverit. Bona non modica, in quibus hæreditario jure abiens successerat, ego- nis dilargiri mandavit, ne obolum quidem passus ex his ad se desererit. Marul. 1. 1. c. 8. & Sab. 1. 8. c. 5.

DIVITIARUM POSSESSIO, CONSIDERATA RESPECTU EJUS, QUOD POSSIDETUR.

Tam Materialiter.

Mobiles res proprie, ac præcipue appellantur, quæ anima caret, ut vasa: Moventes verò, quæ per se moventur: ni- mium animalia, servi, quadrupedes, pecudes. Hotomanus de Verbis juris.

Agrorum possessio. Agri divites.

TANTALI divitiarum proverbio locum fecerunt, quæ prædivit- tem fuisse ostendit carmen illud ex tragedia apud Plutarchum de exilio, Viam dierum duodecim ferro jugera Galeus ex Virgilio lib. 7. Æn. notus: — iustissimus unus.

Qui fuit, Ausonii que olim distissimus arvis: Quinque greges illi Balantum, quina redabant Armenta, & terram centum verbebat aravis.

Dorylas apud Ovidium quinto Metamorphoseon: Nefamoniæ Dorylas distissimus agri, Dives agri Dorylas, quo non possederat alter Latius, aut totidem tollebat farris acervos.

LICIUS, Cæsar's libertus, tantum agrorum fertur habuisse, quantum pervolarent milvi.

SICHÆUS, Didonis maritus, distissimus agri inter Phœnic- as. Quæ opulenta ei fuit exitio, impulitque Pygmalionem, Didonis fratrem, regem Tyri, ut eum interficeret. Ejus the- sauris profuga Dido, amulam Romani imperii, Cartaginam adificavit.

Sex Domini semissem Africæ possidere, tempore Neronis. Quorum ille opibus inhians, interfecit eos. Plin. 1. 18. c. 6.

Metalorum possessio. Metallis divites.

SEMIRAMIS, Assyriorum prima regina, & princeps, multis montibus subactis, metalla primum inventi, & captivis eorum tractationem mandavit. Suidas.

Ex Callisthenis sententia. Tantalus, & Pelopidorum divitiar à metallis provenire, quæ circa Phrygiam, & Sipylum erant. Cadmi è Thraciæ fuerunt, & Pangæo monte. Priami, ex au- ro, quod circa Abydum effodiebatur, cuius nunc vix ulla ve- stigia apparent: multa tamen antiquorum metallorum signa, G loca effossa exhibent, Midæ, ex metallis, quæ circa Vermium montem erant. Gygis, & Alatiatis, & Cresis, ex iis, quæ apud Lydium oppidum desertum, inter Atharnæum, ac Perg- gamum, quod quidem loca effossa habet, proptet metallorum inquisitionem. Strab. 1. 14.

NICIAS Nicomiti F. Atheniensis, tenebar in agro Laurioti- co multas, & fructuosas argenti fodinas: verum cum citrà periculum exerebat, manum magnam illic alebat ergastulo- rum, ac facultates ejus erant serè in argento posite. Unde non pauci seclabantur eum, petentes & accipientes, quippe non secus his à quibus murebat, quam illis, qui erant beneficio digni, largiebatur: Brevi vestigialis erat improbis timiditas ejus, & humanitas probis. Plut. in Nicias.

In Siphno insula ob metalli foditas distissimi olim erant inco- læ, & decimas quotannis Delphos mittebant. Herod. 1. 3.

PYTHIUS, Atys F. Lydus gener, Celenus in Phrygia ad fontes Mæandri habitabat. Hic cum argenti duo millia talentorum, auri quadragies centena millia numerum Dorionum, septem milibus minus, possideret, Xerxi illas transeuntis, contra Græcos, ea omnia dono obtulit, sibi è mancipiis, atque agri- H colis victum suppere distissis: & totum illius exercitum hospio excepit. Xerxes rex opulentiam, & liberalitatem homi- nis admiratus, gratias egit, cumque hospitium suum fecit: & ne quadragies centena millia imperfecta essent, septem millia in supplementum de suo addidit. Herod. lib. 7. & Plin. lib. 33. cap. 10. Ptolemæus. Pythen appellat.

Ante 309. an. solæ venæ Freibergenses in Misnia Henrico Principi, qui primus ad Misniam Turingiam adjunxit, tantam argenti copiam largita sunt, quanta tum, ut annales loquuntur, sufficeret imperio Boemiarum regnum. Itaque ille fatis gran- dem arborem ex argento factam statuit prope Northulm Tu- ringie oppidum: non ut sub ea, sicut Xerxes quandam sub aurca platano, sederet, sed ut ejus foliis, quorum pars erat aurca, pars argentea, omnis ordinis nobiles, qui des- cendissent in equestre certamen, & decertasset feliciter, do- narer, aureis eos, qui alios de equis excussissent: argentis SII 3 eos

eos, qui nec ipsi ex equis cecidissent, nec alios de eis excussissent: at neutris eos, qui ex equis cecidissent. Georg. Agricola in Epist. de Natura fossillium ex Cbron. Misnia.

CONRADUS, folior metallicus, primus in Schnebergi fodinis cum sua omnia consumpsisset, Pauperis cognomen meruit: mox una cum loco mutata fortuna, ex metallis Firsi, quod est oppidum in Lotharinga, dives factus nomen ex fortuna invenit adhuc celebre, Kuniz vom guet: In Comitum quoque ordinem à Maximiliano I. Imp. cooperatus, ut Georg. Agricola lib. 1. de Re metall. scribit. Illud de eodem refertur, quod integro biennio, & ultra, in singulas septimanas MD. aureorum lucrum ex fodinis illis percepisset. Cæterum quia fortunam minimè reverenter haberet, facillè parva profunderet, dilapidaret, affinium, & cognatorum pauperum nullam penitus rationem ducret, nobilium quin etiam artibus, ut formidolosissimus erat, assidue deplumaretur: qui quicunque equis comitatus oberrare solebat, in xenodochio publico aliena pietate infelicem deposuit spiritum, & ita de illo dicitur potest, quod de alio, cujus inter Epitaphia fit mentio: De gratia specialis mortuus est in hospitio.

B Dolorum possessio. P. CLODIUS (quem Milo occidit) habitavit domo, empta fessertis cXLVII. millibus.

CICERO, homo novus Arpinas (ut Salustius ei improprie) præter dignitatem consularem eo divitiarum pervenit, ut habitaret domum, qua fuerat M. Crassi, Romanorum ditissimi. Ad Maximum Martialis Epigram. 1. 7. Esquilis domus est, domus est tibi colle Diane, Et tua Patris culmina vicus habet. Hinc vidue Cybele, illic sacra vestra, Inde Novum, Veterem prospicis inde Jovem. Die, ubi conveniam: dic, qua te parte requiram? Quisquis ubique habitat, Maxime, nusquam habitat. Hortorum possessio.

Consule Tit. Magnificentie in hortis. Theaurorum possessio.

Thefauros prisci Latini Flavillas dixerit, quod in eos flata, ligataque pecunia, non rudæ, argentumve conderetur. Ex Q. Val. Sorano refert Gell. 12. c. 10. Not. Attic.

Judaici dicunt, quod Chore, dum desertum cum Moyse, & filiis Israel præteriret, trecentos habebat camelos onustos, nihil aliud ferentes, nisi solas claves thesauri ejusdem: que claves de vacuorum corrigiis factæ erant omnes, ut levius ferri possent. Petrus Alfonsus. Tit. 1. contra Judæos.

Quanta fuerint opes Davidis regis Judæorum, coniectare est ex verbis ejusdem, qui lib. 1. c. 22. Paralip. ita loquens ad Salomonem inducitur: Confortare, & viriliter age, ne timeas, neque paveas: ecce ego in paupertate mea pro parvi impensis domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talenta. Historia regum scribit, Davidem habuisse argenti mille millia talenta: id est, decies centena millia, & auri centum millia, quæ mille millia talenta argenti valent. Propterea Budeus ait, opes Davidis decies fuisse majores opibus Darii. Eius sepulchro Salomon F. magnas opes intulit. Quod inde colligi potest: quod post 300. annos, cum Hircanus pontif. Antiochum, Pium cognomine, qui Hierosolymam obsederat, pacta mercede ab obsidione revocare vellet, aperuit unum loculum sepulchri Davidici, & tribus millibus talentorum reperit, partem dedit Antiocho. Multo post Herodes rex alium loculum aperiens plurimas opes reperit. Nullos autem aliorum regum loculos invenire potuit, quoniam tanta arte conditi erant, ut ingrediens in monumentum, manifesti esse non possent. Joseph. 1. 3. Ant. c. ult.

Fuerunt & immensa Salomonis divitiæ, ut testatur, quod lib. 3. Reg. c. 10. scriptum est, hoc modo: Non erat argentum, nec alicuius pretii putabatur in diebus Salomonis, quia clavis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum, & argentum. Et paulo inferius: Fecitque, ut tanta esset abundantia auri, & argenti in Hierusalem, quanta & lapidum. Consumpsit in templi sui columnis, & vasis aureis quadragies sexies centena millia: argenti verò ad clavos, & alia instrumenta mille ducenta, & triginta duo talenta. Ais verò in columnis, fornicibus, & cæteris, talenta octodecim millia. Sacris literis proditum est, decem millia talenta auri, totidem & amplius argenti ab eo possessa: bijugum equorum quadragena millia, bisena equorum ad pugnam expeditorum: sed auri, argenticque partem multo maximam in apparatus templi, & regiam sumptuosissimè ædificavit.

tam, impendit, felix opibus, felix usu: sed multo felicior sapientia, qua mortales omnes antecellit. Sab. 1. 8. c. 6.

EZECHIAS Judæorum rex sanctissimus magnos thesauros sibi comparavit. 2. Paralip. c. 32.

THEODORA, Theophilus Imp. vidua, Bardæ technis à Michaelē F. imperio deturbata, ne sibi vita imperetur, ultro cessit è palatio, & accessit fenatoribus, ne rex diceret, regium æranum invenisse se vacuum, justit auri, argenticque proferte pondera. Prolata igitur argenti tria millia pondo, auri mille, & nongenta centenaria. Cusp. A. D.

PIUS II. collegio Cardinalium quinque, & quadraginta millia nummos aureos, à vègalibus Ecclesiæ penfos, ob inditum Turcis bellum reliquit. Has pecunias Cardinales, & tres, quæ tunc in portu Anconitano erant, Christophoro Mauro, Venetorum duci, qui biduo ante Pii mortem, cum triduum undecim applicaret, commiserunt his conditionibus: ut navigis pro eorum arbitrio bello navali uteretur: pecunias verò stipendii nomine ad Matthiam Ungarorum regem mitteret, bellum assidue cum Turcis gerentem. Platina.

Duodevices centum millia numerorum aureorum Carol. V. Francorum rex mortuus reliquisse dicebatur. Nec parvi refert, quæ fama divitiarum apud socios, hostisque increbrescat. F. Emil. 1. 9.

Pecunia possessio. Pecuniosus.

Tantum pecuniarum copiam in Ægypto fuisse tradunt olim, ut incensum Ægyptiorum templis à Cambysæ, inter cætera parum quid auri, quod tamen ultra trecenta talenta sit penitum, effluxit: argenti verò duo millia, & trecenta. Diod. 1. 1. c. 4.

THEMISTOCLES Athenis pulso, pecunia ejus magna ex parte furtim per amicos egesta, & in Asiam est decessa. Deprehensam, & publicatam summam centum Theopompis, Theophrastus octoginta talentorum dicit fuisse: cum vices bonorum Themistoclis prius, quam ad rempublicam accederet, trium non essent talentorum. Plut. in Themistocle.

Gemmarum possessio.

CLEOPATRA, Ægypti reginarum novissima, duos habuit maximos unguentos, per manus Orientis regum sibi traditos. Quorum alterum aceto liquatum in cena ab orphee fecerent H. S. æstimatum. Alterum, capta Cleopatra, Augustus in duos divisum, Veneris auribus in Pantheo Romæ appendit. G. Plin. lib. 9. c. 35.

Gemma plures, quod peregrino appellat nomine Dactylithecæ, primus omnium habuit Romæ privignus Sylla, Scaurus. Dique nulla alia fuit, donec Pompejus Magnus eam, quæ Mithridatis regis fuerat, inter dona in Capitolio dicaret, ut M. Varro, alique ejusdem ætatis auctores confirmant, multum prælatam Scæuri. Hoc exempli Cæsar dictator rex Dactylithecæ in æde Veneris genitricis consecravit. Marcellus, Octavia genitus, in Palæna Apollinis æde unam. Plin. lib. 37. cap. 1.

Insulanus quidam gemmam, Turcam vulgò dictam, eximii pretii, & pulchritudinis gestare solebat. Cum fati ille conceffisset, gemma illa, tanquam heri sui necem lugens, longè obsecrator apparere, adeoque per medium rimam porticæ trahere cepit. Cæterum dum in auctione vanè exposita, dominum notavit, ad pristinam suam redit integritatem, non sine Fr. Ruci Insulani medici admiratione, & verò etiam indignatione, quòd epi comparandæ occasione non suspicatum vitium sibi præter ipsum passus esset. F. C. isiplem. 1. 2. de Gemmis, c. 18.

Vasorum, Supellectiliis possessio.

ARCADICUS Pythæa poculis aureis, & argenteis valdè delectabatur: qui etiam cum moretetur, non dubitavit familiaribus suis inungere, ut hac in ipsum tulio inferberentur: Pythæa hoc tumulo tegitur, prudenque, bonusque, Pocula cum vivo multa fuerit vivo, Auri, ac argenti, ac electri splendida, cunctis Aique magis prisca, qui variavit ea. Arben. lib. 1. 1. c. 4. ex Hieronymo.

Plutar. in Apopibegnatris Locon. scribit: Cùm quispiam Lampen Æginetam effleret, tanquam longè distissimum, propterea quod multa possideret navigia, Lacon quidam, propter æstimo felicitatem de funiculis pendente. Nimirum innuens, nauticas opes incertas esse, ac fortum ludibriis obnoxias. Erasmus in Adagiis.

Petræ.

Petræ maxime gloriantur, si plura habeant pocula: neque a ullo pudore capiuntur, etiam si injustè ea sibi comparasse constiterit, quoniam multum videt apud eos injuria, ac turpe lucri desiderium. Xenophon. 1. 8. pag. 46.

CÆCILIUS rhetor Agathoclem scribit Siculorum tyrannum multa aurea, argenteaque habuisse, eaque cum suis focis ostendebat, dicere solitum, quod ex eo tempore, quo regnavit, ea sibi comparasset.

ACRSIUS in Sophoclis Larissæ quamplurima & ipse pocula possidebat. Arben. 1. 1. c. 4. Postdomius libro historiæ 26. Lyfimachum Babylonium scribit, cùm ad cenam Himerum vocasset, unà cum trecentis (qui Himerus non solum Babylonis imperaverat, verum etiam Seleucus) post ablatis menfas argenteum poculum quatuor minarum singulis trecentorum tradidisse: atque cùm scædera petulisset, omnes poculis provocasse, dedisseque ut pocula auferrent. Arben. 1. 1. c. 4.

Turditani, gens ita dives, ut Carthaginenses illos invenire præcepissent utentes argenteis. Strabo.

HELIOGABALUS Imp. menfas, & caplas habuit argenteas. Primus etenim cacabos, vasa deinde centenaria argentea sculpat, & nonnulla signatis libidinosis inquinata habuit. Arben. 1. 1. c. 4.

Deserunt esse in humanis, cùm hæc commentaremur, inquit Sabellicus, duo supremi ordinis Anistites (pariter nominibus religionis causa) tantum congesti auri, cælatique argenti cum aulico apparatu uterque reliquit, quantum privatum dicit in Italia possedit nemo. Sab. 1. 8. c. 6.

Angli ovibus, optimaque lana abundant. Hoc vellus verè aureum est, in quo potissimum insulanorum divitiæ consistunt: nam agni auri, atque argenti copia à negotiatoribus ejusmodi in primis coemendæ meritis gratia, in insulam quotannis undique apportatur, ibique percipitur manet, quia alio terrarum referri omnibus lege vetitum est: unde fit, ut opes majores nusquam gentium sint. Sanè abique immensa pecunia, quæ ultrò citroque per manus ementium, vendentiumque ubique funditur, atque vasis factis, quæ præ magnificentie pretii altissimi non possunt, nullæ fermè adco tenuis homo est, qui ad usum quotidianæ mensæ habeat silicem, scyphos, vel cochlearia argentea, & quique pro fortunis complura, ac varia vasa. Poiss. 1. 1. Armorum possessio. Armis divites, instructi.

Consule Tit. Arma comparare, conservare.

Tanta bombardæ ejus, qua Mahometus II. Turcarum Imp. Byzantium oppugnavit, magnitudo extitit, ut à septuaginta jugis bus, & à viris bis mille trahenda fuerit. Cbalcolcondylas lib. 8.

Militum multorum possessio. Exercitus numerosus.

Ex Tit. Strages magnæ bellicæ, buc quedam. Illic Mortis multorum, hic possessionis habetur ratio.

Israelitarum sub Moyse ductu ex Ægypto migrantium exercitus habuit DC. II. millia, imbellis autem populi DL. millia. Totâ summa milles mille, & centum quinquaginta. Josephus lib. 3. Antiq.

Hieroboa rex Israelitarum, in exercitu (quem contra Abiam Judæorum regem duxit) habuit xxx. millia bellatorum. Abias verò XL.

JOSAPHAT, Judæorum rex, undecies centena millia militum recensuit. 2. Paralip. 17.

SEOSTRIS, rex Ægypti (qui in eam servituti Arabiam subegit, maximam Lybia partem occupavit) habuit in pedestribus copiis sexcenta pedum millia, equitum verò xxxv. curruum bello aptorum octo millia, & equitum. Diod. 1. 2.

NINUS Assyriorum rex, contra Bactrianorum regem Zoroastrem, coacto ex singulari gentibus electo ingenti exercitu, adversus eos profectus est. Tradit Ctesias scriptor, pedites ad decies septies centena millia fuisse, equitum millia ducenta, currus verò falcatos paulo minus decem milibus, & sexcentis, qui militum numerus incredibilis nunc forsitan sit audientis. Sed haudquaquam impossibile videbitur, Asiæ magnitudinem, multitudinemque in ea nationum animo advertenti. Diod. 1. 2. c. 2.

ZOROASTRES cum Bactrianorum cccc. milibus obviam Nino progressus, ad centum millia hostium, qui prædandi studio suorum agmen præcesserat, subita vi oppressis, cùm Ninus cum robore copiarum supervenisset, acie cæsus est. Sab. lib. 1. Enn. 9.

L. B. Tœnt. vit. Human. Tom. II.

SEMIRAMIDIS exercitus contra Adversos peditarum, ut Ctesias tradit, ter decies centena millia, equitum millia quingenta, currus ad millia centum. Erant totidem numero homines super camelos, cum gladiis cubitorum quatuor. Naves divise ad duo millia, quas cameli deferebant. Diodorus Siculus lib. 2. cap. 5.

Ad vindicandum Helenæ raptum, Græci armaverunt in Trojanos DCCLXXVI. bellatorum millia. Contra verò Trojani habuerunt DCLXXVI. millia. Dares Phrygius Homerus in Bœotia MCLXXXI. naves recenset, Didys MCLXXXIX. Dares MCL. alii MCLXX. tametsi classis illa Xerxes à poetis, à Strabone Xerxes vocetur, & mille rates, ac mille carinas virgil. fuisse canat.

DAIUS, Perfarum rex, contra Scythas DCCC. millia duxit. Diod. 1. 2. c. 2.

XERXES Perfarum rex, debellata Ægypto per totum quadriennium comparavit exercitum adversus Græcos omnium, qui unquam fuerunt maximum. Constat certè, septem diebus totidemque noctibus continuis exercitum ejus (qui ex 170. myriadibus, hoc est, decies septies centenis millibus constabat) per pontem, quem in Hellesponto junxerat, transiisse: eidemque Scamandrum, & Melana fluvios ad potandum non sufficisse. Liffus fluvius Samothracie non sufficit copiis Xerxis. Item lacus 30. ferme stadiorum in circuitu piscosus addidit, & falsus propè regionem Piffyrum à folis juvenentis, cùm aquarentur, exsiccat. Similiter etiam Chidorus fluvius è Crestoneis ortus. Herod. 1. 7. Ubi in locum, cui nomen Dorifro, pervenit, classis illuc acciri iussit, ut utraque in uno loco junctas munitionis copias haberet: numerumque universi exercitus illic recensere placuit: in quo supra octingenta millia hominum pedestris exercitus conscripta traduntur: naves longas simul omnes plus mille ducentis, quarum trecentæ, & viginti Græcæ, rege navium corpore præbente, Græcis eas milite, & remige complentibus: reliquæ omnes barbaræ. Præter eas, octingentæ, & quinquaginta ad equos portandos paratæ, onerariæ tria millia, Æschylus in Perlis Eschy. 3. (de Xerxis) Xerxes vero liberos à Darius. Justin. 1. 2. naves, quæ decies centum millia habuissent. Contra hanc illuviem Græcorum in Artemisso Eubœæ classis universa ducentis octoginta triremibus ad summum coacta erat: quarum centum, & quadraginta ab Atheniensibus instructæ: reliquæ cætera Græcia collegerat. Huic classi præfectus erat Euribidas Spartanus: quæ verò ad classem pertinebant, à Themistocle Atheniense curabantur. Diod. 1. 11. Herodotus ex omni genere hominum, qui Xerxes ad Sepiadem, & Thermopylas secuti sunt, colligit myriades quingentas viginti octo, & amplius, quæ ratio habet bis, ac quinquages centum octoginta tria millia hominum. Mirum est, quod idem auctor prodigit in tanto mortalium numero. Xerxe, in cujus tota centena millia hominum fuit imperium: præstantiore forma, procioreve statuta fuisse neminem. Sab. 1. 2. En. 3.

MARDONIUS Perfa (quem Xerxes apud Salaminam reliquit, ut dispartatos milites colligeret) habuit in exercitibus 30. myriadas, hoc est, ccc. millia. Victus est tamen apud Plataas à Pausania Lacedæmonio. Herod.

ARTAXERXES, Perfarum rex, cum novies centenis millibus militum Cyrum fratrem ad Cunasam Babylonæ aggressus, XLIM. Græcorum virtute potissimum fisis, intersecto tandem Cyro à Mithridate Perfa, victoriam obtinuit. Plut. in Artaxerxe.

Darius, ultimus rex Perfarum: ad Issum Ciliciæ contra Alexandrum duxit cccc. millia pedum, & equitum c. millia. Acie victis, cum nullas pacis condiciones Alexan. H. der admitteret, Babylone tanta cura in apparatus belli incubuit, ut hominum numerum, quos ad Issum habuerat, duplicaverit. 800. enim pedum, equitum cc. millia coegisse dicitur præter hæc, falcatos curus complures. Diod. 1. 17. Summa copiarum ejus ad Gaugamela, ubi prælium commisit ultimum, equitum 45. millia, ut Curtius scribit, pedum cc. millia. Trogus c. millia equitum, pedum cccc. in ea acie stetit prodidit. Tantum enim copiarum Darius ad bellum præparavit, ut ille auctor est. Plutarchus decies c. millia in prælium producta credidit, ut proemodum accedit Curtius, qui exercitum pene duplo majorem eo, qui in Cilicia fuerat, à Dario reparatum diverso testatur loco: ut merito suspicari possit, parum sibi Curtium constare, qui copiarum numerum in acie locatarum adco extenuat: nisi aliquis dixerit, parum integrè locum ad posteros custoditum, ut dextro Darii cornu eam Curtius summam, non tota acie tribuerit. Sab. 1. 5. En. 4.

ALEXANDRI Magni contra Darium copiarum, qui minimum afferunt numerum: trecenta millia peditum, equitum vero quibus fuisse tradunt. Fertur in Asiam trajecisse cum millibus armatorum non amplius XLVII. Justin. l. 2.

ANTIGONUS, Philippi filius, & pater Demetrii Poliorcetes Macedoniarum regis habuit in exercitu contra Seleucum Syriæ principem, & alios reges supra LXX. millia peditum, equitum vero decem millia. Item elephantos LXXV. Seleucus vero, & Antiochus ejus filius armarunt in Antigonum XLVIII. millia peditum, equites supra decem millia, elephantos cccc. curuscentum, & viginti.

ANTIOCHUS Eupator contra Judam Machabæum peditum c. millia, equitum xx. millia, elephantos duo, & triginta ducebat, quantas copias contra Judæos nullus adhuc Græcorum duxerat. Elephantum quemlibet mille pedites, & d. equites comitabantur, turri lignea dorso imposita, in qua duo, & triginta homines, qui præliantur, erant, cum bellæ magistro Indo. Solebant autem uvarum, mororumque sanguine ostenso, eos ad pugnam incitare. 1. Machab. 6.

ANTIOCHI Asiæ regis exercitus ccc. millia armatorum, quibus Romanos invasit. Falcatis etiam curribus, & Elephantis aciem instruxit. Plutarchus.

Athenienses in Syracusanis certaturi, duce Alcibiade, habuerunt supra centum quadraginta tremes, centum & triginta millia peditum, tum sagittarios, & funditores mille, & trecentos: tormentorum præterâ machinarum in expugnandis urbibus copiam ingentem. Plutarchus in Alcibiade.

Ex unica Sicilia urbium Syracusanis Dionysius exercitum peditum centum viginti, equitum XLII. M. confecit. Naves magnas partim tremes, partim quinqueremes ad quadringentas ex uno eduxit portu. Diod. l. 2. c. 2.

Galli primum Cabaule duce in Thraciam usque penetrarunt. Lucii inde dulcedine stimulati, majoribus copiis in Græciam moverunt, agmine tripartito. In Thracas Cerechius ducebat. In Pannoniam Brennus, & Acichorius. In Macedoniam Colgius. Tertio deinde, duce Brenno, in expeditionem contra Græcos nomina dederunt peditum cl. millia, equitum XXMCC. Pausanias in Phocicis. Senonum dux Brennus (qui primus Romanam superbiam reducit) habuit ccc. millia. Nervii (quos Lucanus rebelles vocat, quique nostro tempore Tornacenses vocantur) in bello contra Casarem sexaginta hominum millia amiserunt. Sili Arverni ducenta bellatorum millia objecerunt. Amiliano Maximo ad Ileram, & Rhodani confluentia. Strabo.

Helvetiorum in Galliam Aquitanicam irruptere volentium exercitus habuit trecenta hominum millia. Casar in Commentariis.

Carthagenienses Siciliam cum septuaginta millibus militum, ducentis tremibus, mille navibus invasent. Eos superavit Timoleon dux Corinthiorum modica manu. Plut. in Timoleonte.

Certum non est, quantæ fuerint Annibalis copię contra Romanos. Alii c. millia peditum, & viginti equitum fuisse dicunt. Quidam ajunt, addita ex Gallis, & Ligurijs LXXX. millia peditum, decem equitum. Quamvis autem exactus ad fidem numerus dari nequeat, hoc tamen argui potest, numerosum habuisse exercitum, quod amissis in Alpium trajectu triginta millibus, Romanorum nihilominus potentiam non depæverit. Plu.

MITHRIDATES rex Ponti habuit peditum c. millia, equitum decem, curus falcatos nonaginta. Cælius ad hunc modum de Mithridate. Habuit (inquit) equitum quinquaginta, peditum ccc. millia: machinarum vero, ac omnis bellici instrumenti par ejus summa. Depugnabant cum eo reges, dynastæque Armeniar, ac Scytharum, qui circa Pontum incolunt, supraque Maotidem paludem. Contra cum duxit L. Lucullus XXXM. pedum, equitum mmd.

TIGRANI regi Armenie fuere cc. quinquaginta quinque armatorum millia contra Romanos. Conserto prælio, peditum c. millia, equitum L. amitt. Plu. in Lucullo.

Romani paulo ante Hannibalis tempora futuribelli providentes magnitudinem, censu in Italia tum civitum, tum sociorum, qui bello apertis essent, habito, decies centena ferme millia hominum descripsere. Diod. l. 2. c. 2.

THERENTIUS Varro consul, & Emilius Pauli collega, habuit in exercitu octo, & octoginta hominum millia contra Annibalem ad Cannas.

Italia, L. Emilio Paulo, C. Attilio Regulo Coss. nuntiatio Gallico tumultu, sola sine externis ulla auxiliis, E atque etiam tunc sine transpadanis, equitum LXXXM. peditum vero DCXX. armavit. Plin. lib. 3. cap. 20. Quatuor legiones urbanas in Gallos armaverunt, quarum singulis quinque millia, & ducenti pedites, equites trecenti mirant. Habebant & ex sociorum auxiliis triginta millia peditum, equitum vero duo millia. Cui numero Tusci, & Sabini septuaginta addiderunt millia, ubi primum Galli Apenninum transire nuntiati sunt. Post hos Umbri, & Sarsennatæ, Apennini incolæ, viginti millia contulerunt. Samnites septuaginta millia peditum, equitum septem millia. Japydes, & Messapii L. millia peditum, equitum tria millia, Marfi, Marcini, Ferentani, & Vestini peditum viginti millia. Eoque modo cætera totius Italiæ urbes suas suppetias contulerunt, ita ut numerus exereverit ad septies centena millia peditum, equitum vero LXX. millia. Polybius.

Exercitus C. Marii, & Catuli contra Cimbro habuit LM. hominum, cum trecentis millibus. Plu.

Exercitus M. Crassi contra Parthos habuit peditum legiones septem equitum quatuor millia, ac totidem velites. F

CN. POMPEIUS in bello contra piratas habuit quingentas naves, peditum cxx. millia, equitum quinquaginta. Plutar. Eius in Casarem dimicantem acies habuit XL. millia peditum, equitum in sinistro cornu septem millia, in dextero quinque. Præterea Orientis auxilia, totam urbem nobilitatem, & Senatores, Praetores Consulares.

C. JUL. CÆSAR in acie habuit peditum LXXX. millia, equites non amplius mille. Eutropius.

Bellans in Parthos M. Antonius habuit LX. Romanorum peditum millia, & hisauxilia equitum adjuvata. Hispanorum, & Gallorum decem millia: cætera nationum equitum, peditumque trecenta millia, Parthorum vero cccc. fuere millia equitum. Plu. in Antonio.

Exercitus ejusdem contra Casarem Augustum habuit peditum centum millia, equitum XXI. naves quingentas. Augusti vero naves ad ducentas quinquaginta, peditum LXXX. millia, equitum XII. Plu. in Casare l. 5. c. 2. Antonio.

In Libyco Appianis: Habent, inquit, Romani equitum quadraginta, peditum ducenta millia: armorum vim duplo majorem, minorum navium duo millia, & tremes mille, quinqueremes quingentas: armamenta navalia multo plura, præter octoginta naves antea puppe, ac prora insignes: adhuc trecentos elephantos, & currum armatorum duo millia: talentorum vero in thesauris Ægypti septuaginta quatuor millia.

Secundum Florum nullo unquam loco tantum virium Romani populi fortuna vidit, quantum in campis Philippicis, trecenta & amplius millia bellatorum fuere, atque illic præter auxilia Regum, & Senatorum, Eutropius describit, in eo bello fuisse cum Pompejo peditum quadraginta millia, equites vero mille, & centum: sexcentos videlicet in sinistro cornu, in dextero vero quingentos. Casar vero habuit peditum non plene trecenta millia, equites vero mille. Huic concordat Orofius. Casar in Commentariis numerum copiarum non exprimit, sed afficit eodem bello interfuisse mille viginti duas cohortes. Joan. Gerund. lib. 9. Paratip. Hispan.

CONSTANTINUS Magnus, reliquo Occidente pacato, indignum esse statuens, urbem Imperii sedem jugo turpissimo servitutis à Maxentio tyranno oppressam esse, milites H ex omnibus provinciis suis Trevitros convenire præcepit. Omnes ex Gallia, Hispania & Britannia tanta animorum alacritate prælio fuerunt, ut non ab Imperatore acciti, sed à Deo missi ab hominibus crederentur. Nonaginta millia peditum, octoginta equitum fuisse Zosimus refert. Exercitum quinque tantum crucibus insignitum duce ad Alpes inlituit. Unde Prudentius.

Christus purpureum gemmato textus in auro Signabat labarum: clipeorum insignia Christus Scripsit: ardebat Julianis crux addita cristis.

Sigonius lib. 2. Imp. Occid.

Idem contra Licinium ducentis, thesalonicam omnia ad magnum bellum administrandum necessaria contulit. Nona tremes ducentas, atque onerariarum amplius duo millia, peditum centum, & viginti, equitum ad decem millia confecit. Licinius vicissim & ipse ex provinciis suis ingentem numerum utriusque militie convocavit, pedestrium copiarum ad centum quinquaginta millia, equitum ad quinquaginta in armis habuerit: &

& cum Constantinus classem suam in Piræo Athenarum portu constituisset, ipse suam in Helleponto locavit, & cum omnibus terrestribus copiis ad Hadrianopolim in Thracia substitit. Sigon. l. 3. Imp. Occid.

BONDUICA Britanniarum regina, contra Romanos, sub Nerone, exercitu ad centum viginti millia hominum contracto, manserunt cum Paulino, qui jam Monam insulam subegerat, feliciter confecerit. Xiphilinus in Nerone.

VITIGES, rex Gothorum, ad obfidionem urbis Romæ contra Belisarium cum ducentis armatorum millibus profectus est. Volaterranus.

RADAGAIUS, Gothorum rex (Arcadii, & Honorii Imperatoribus) habuit in exercitu supra ducenta bellatorum millia. Paulus diaconus.

THEODERICUS, Clodovei I. Francorum regis F. in Italia cum LXX. millibus trajecit: quibus impetu repentino Belisarii copias fregit, omnemque Transpadanam subjugavit regionem. Volaterranus.

CAROLO MARTELLO Gallorum regi fuerunt trecenta armatorum millia contra Abdarum, Saracenorum regem, ex Hispaniis eruptentem. Victor Mattellus coc. Saracenorum millia caecidit. Crantz. l. 4. Svecie.

Fuit longè memorabilis Christianorum expeditio, qua Godofredus Balionis, rex Hierosolymorum post creatus, pietate, & virtute bellica insignis, supra quadraginta millia voluntarium militum. Syria terrestri itinere petita, ad condendum Hierosolymitanum imperium adduxit. Jovius lib. 1. Hist.

ATILLA, Hunnorum rex, cum exercitu, quem in Scythia ex diversis conflagraverat gentibus, ann. 451. castra movit, ac per Germaniam iter faciens, populos ejus omnes ad arma Gallie secum inferenda sollicitavit, cum alijs primum præda opulentissima ostentaret, alios odio erga Romanos, quam maximo posset, accenderet, alijs terrorem exercitus sui invisibilis objectaret. Itaque haud agrè omnes Germanie populi Atillæ ad Galliarum exitum contententem se adjunxerunt, Quadi, Marcomanni, Heruli, Turingii, Burgundiones, Turingi, Bructeri, ac demum etiam, qui assidui, ac proprie quotidiani Galliarum hostes ab initio fuerant, Saxones, & qui in Germania remanentem Franci. Cum haec totum populum, gentiumque colluvie, quæ ad septingenta millia hominum dicitur esse complexa, quasi non terra Gallia bellum, sed toti terrarum orbi pestem, atque exitium intrentem. Atilla ad Rheenum pervenit, ibique naves tam multas traiecit causa construxit, ut Hercynia sylvæ, quemadmodum inquit Sidonius, subito secta in lintres abjecerit. Sigon. l. 13. Imp. Occid.

Hungarorum Annales, Hunnos in Europam ann. sal. 373. trajecisse referunt, duces habuisse Belam Chielæ filium Zomæjarum familia natum, item Chevem, & Cadicham ejus fratres: præterâ Attilam, Chetem, Budamque fratres, Bendecucios filios, Cadarum genere natos: ad domitandam Septentrionalem plagam, ex centum, & octo tribus decies centena, & octo millia hominum coegisse. jure dicendo Cadarem, virum sapientem, præfecisse: edicta, Dei voce, & reipublicæ nomine præcuntes, expeditionem tumultuatiam, & excogitatam circumcirca cruento gladio, pronuntiatumque loco, quem præstitissent, significasse, qui non obtemperasset adhuc in Transylvania in Turcarum tumultu observatur. Bonfin. lib.

2. Dec. 1.

Leo I. Imp. immanem Genferici Vandali in Oriente, atque Occidente deprædandi licentiam haud ultra ferendam ratus, bellum ei intercedendum indixit, atque ea de causa classem 1313. navium ex Græcia univerfa contraxit, quibus totum confestem mare potuit, atque exercitum centum millium hominum comparavit, atque in milites, & remiges sumptus ingentes impendit, & summa rerum Basilico Verine uxoris fuz fratre præposito, Arthemio Imperatori mandavit, ut ex Italia necessaria omnia ministraret. Sed Basilicus in ipso pugna ardore primus fugæ se dedit. Sigon. l. 24. Imp. Occid.

RINGO Sueonum, & Gothorum rex, contra Haraldum Daniæ regem longè majoribus copiis suffultum, tantam eduxit militum copiam, ut cum alterum exercitus cornu esset in portu Viceni, alterum in Verendum per distantiam quadraginta miliarium Italicorum, sive coccl. stadiorum porrigeretur. Hanc multitudinem locis, & ordinibus consulam Ringo circumiens, omnibus militaris disciplinæ præceptis ita satisfacit, ut insignem victoriam cæso Haraldæ reportarit. Joan. Magn. lib. 8. c. 8.

FROTHO Danorum rex, Hamundam uxorem ob adulterium repudiavit. Huno Hunnorum rex audito filia repudiata, non solum Olimarum Orientalium regem, sed quamplurimos alios reges, & principes in societatem belli sibi adjunxit: qui tantam multitudinem bellatorum per terras, & maria eduxerunt, ut contra totum orbem bellum suscipere viderentur. Nam si Saxoni Danico credendum est, in navali exercitu, quem Olimarus duxit, reges sex, qui totidem classibus præfeci erant: quarum quilibet quina navium millia complectebatur: deinde in qualibet navi trecenti milites numerabantur. At in terrestri exercitu, cui Huno præerat, triginta millia ducum, excepta gregarii militis multitudine, conscripta fuisse commemorant. Eam tamen tempestatem Frotho prudentia Erici, qui postea apud Sueones regnavit, in sinibus Russiæ opprefcit. Joan. Magn. l. 4. cap. 26.

FROTHO III. Danorum rex Norvegiam ingressus, Rollero, quem illis regem dederat, rebellantem, ut numeroso exercitus monumentum relinqueret, iussit singulos singula saxa in acervum congere. Norvegiæ, & ipsi per otium saxa congeriebant. Cernuntur hodiè cumuli congestorum lapidum. Cum ad prælium ventum esset, summa utriusque animorum vi certatum est. Victor Frotho ex tribus millibus, quas invexisset fertur navium, solas LXX. incolentes reduxit. Crantz. l. 1. Norvegiæ, cap. 19. ex Sax. l. 5.

Sub Bela IV. Pannoniorum rege Tartari cum quingentis armatorum millibus Pannoniam ingressi sunt, à quibus superatus Bela aufugit. Volaterranus.

Sub Othone I. ferunt Ungari tam immensam habuisse hominum multitudinem, ut dicerent: nisi caelum cadens obruat, aut terra deficiens nos absorbeat, nemo hostium nos multitudinem superabit. Qua confisi, in campo, quem Lycus fluvius circa Augustam Vindelicam præteflebat, confidere manus ausi, foeda strage ad Othone I. Imp. superati: tres reguli capti, & in cruce achi, reliqua ad intercessionem delicti sunt. Cuspi. A. D.

TAMBERLANES Tartarorum rex, Euphratem fluvium cum sexcentis peditum millibus, equitum vero trecentis trajecit: quo numero Asiam minore occupavit, regem Turcarum Bajazetem captivum duxit: Scythas, Medos, Albanos, Mesopotamiam, Parthiam, Persiam, Atremiam sibi subjugavit. Volaterranus in Geographia.

Æthiopum princeps, quem Presbyterum Joannem vulgò dicunt (cùm Gyan, hoc est, Potens dicitur) decies centena millia hominum ad bellum inlituit, quingentos elephantos, & equorum ad hæc & camelorum ingentem numerum, & hæc, vel medioeri rerum motu. Sicutque in tota gente familia stipendiariæ, in quibus orti suntque velut caetero insignium tur, cure leniter incita.

Anno Sal. 1476. Turcæ tanta multitudine Soodram Epiri urbem oppugnarunt, ut illud omnes affirmarent, multos milites, quibus post Othomani discessum tenuit obfidio, & ad furnos calefaciendos, & ad cibaria coquenda, nullo ferè alio lignorum genere, quam sagittarum fasciculis oppidanos fuisse utos. Sab. l. 10. Dec. 3.

Anno 1420. mense Septemb. Solymannus quinis castris diverso, atque opportuno loco positis, urbem Viennam circumplexus, tantam per omnes campos tabernaculorum multitudinem Viennensis sacra turris, quæ è media urbe excelletissima, atque pulcherrima structura exurgit, prospectantibus ostendebat, ut octona undique suburbanis agri loco, passuum occupare censeretur. Jovius l. 28. hist.

Cùm copiarum, quæ contra Solymannum anno 1532. Noricum invadentem duxerunt, numerus iniretur, repererunt Carolum V. Casarem, non deductis urbium præfidis, nonaginta descriptorum peditum, & triginta armatorum equitum millia in aciem esse producturum: nequaquam adnumerata peditum, atque equitum ministris, qui servorum loco, si labores, officiaque respiceres, altissimi poterant. Jovius l. 30. hist.

Amicorum copia.

De amicis suo loco peculiariter. Huc tantum, quantum est ipsi inter Divitiarum referri consueverunt.

Apud Scythas, auctore Luciano, is habebatur ditissimus, qui certissimos, & optimos amicos possideret. Erasmi in proverbio: Ubi amici, ibi opes.

Discipulorum copia.
A THEOPHRASTUS Ereus Aristotelis discipulus summa frequentia docuit, adeo ut duo milia auditorum habuerit. *Laert. lib. 5.*

Servorum possessio. SERVIS Divites.
 Servi multi.

ABRAHAM Patriarcha ditissimus, servis quoque ita abundavit, ut verus 318. armare poterit: quibus quinque reges, qui regem Sodomorum praelio vicerant, & Loth fratris sui F. Haran captivum abduxerant, cum ingenti praeda caecidit, & Loth liberavit. *Gen. 14.*

Carpitur à Therite Agamemnon, velut multarum mulierum studiosus:

*Ère tibi plena tentoria, plurima in illis
 Est mulier formosa, tibi quæ cuncta Pelasgi
 Nos dedimus primo.*

sed rationi nequaquam consentaneum est, inquit Aristoteles, in usum mulierum multitudinem accessisse, sed in primum: B quando neque multum vini in ebrietatem comparatur. *Athen. lib. 13. c. 2.*

Ut Theopompus testatur lib. 17. biff. primi Chii inter Græcos post Thefalos, ac Lacedæmonios servi usi sunt, non tantum eodem modo, quo illi possidentes. Nam Thefali, & Lacedæmonii servos ex Græcis comparasse videntur, qui prius regionem incolabant, quam illi nunc possident. Achivorum: Thefali verò Pertharorum, ac magnetum. Atque in servitium redactos isti quidem Helotas, illi autem Penestras nuncupant. At Chii servos habuerunt barbaros, à quibus tandem subacti fuerunt. *Athen. lib. 6. c. 7.*

C Libro 3. *Hist.* inquit *Epiphanius*, ita Corinthiorum civitatem floruisse, ut sex servorum myriades, ac quadraginta possideret: propter quos existimo oraculum eos Chænicomettas appellasse. At Cresicles tertio Chronicoorum supra decima Olympiade centesimam, descriptionem factam fuisse asserit Athenis à Demetrio Phalereo, quot essent illi, qui regionem Atticam habitarent, ac Atheniensium viginti, & unum milia fuisse reperta, in quibus decem milia, servorum quadraginta milia, Nicias verò Nicerati, inquit *Xenophon in libro de reditionibus*, cum mille servos possideret, eos Sofiae Thraci mercede ad argenti fodinas clocabat, nempe, ut singulis obolum singulis diebus perfolveret. Aristoteles in Republica *Æginetaram*, apud hos etiam quadraginta, & septem myriades servorum fuisse narrat. Agatarchides Cnidius trigesimo octavo rerum Europicarum, Dardanes servos, inquit, possedit, hunc quidem mille, illum vero plures: quorum singuli pacis tempore agriculturam exercebant: iidemque belligerantes lanceas ferebant, suumque dominum ducem sequebantur. Ex Romanis quidam decem, & viginti milia, vel plures etiam habuerunt. *Athen. lib. 6. c. 7.*

Theopompus secundo rerum politicarum, Arcades, inquit, trecenta Prospelarum milia, sicut Helotarum, habuisse. *Athen. lib. 6. c. 7.*

Callicyri dicebantur exulum servi, qui Syracusis agriculturam exercebant, *auspice Timaæ*. Quoniam autem ingens erat id genus hominum multitudo, prohibito receptum est, ut si quos admodum numerosos significare vellent, καλακυρισ appellarent. Aristoteles in Repub. Syracusanorum, ostendit, eam servorum turbam ex omnigenis populis in unum constituisse. *Suidas.*

D Percutanti quidam: cur Lacedæmonii Helotis (sic apud illos dicebantur, quorum conditio media erat inter servos, & ingenus) committerent colendos agros, ac non ipsi potius eos colerent? Quoniam, inquit, non ipsorum causa, sed nostra Helotas nobis comparavimus. Videlicet stultitiam eorum taxans, qui mancipia ad ostentationem habere malunt: otiosa, & servos socios, ac ministris voluptatum habere malunt, quam frugiferis operis occupatos. *Plat. in Laco.*

M. Crassus facultates reliquæ omnes quantumvis amplissimas, minime sunt tamen cum servorum precio comparandæ: tam multos, tamque habebat excellentes lectores, amanuenses, argentarios, dispensatores, lituatores. Assiduebat ipse discipulis, attendebat, atque etiam docebat eos. Brevis putabat servorum quasi vivorum rei familiaris organorum præcipue ad dominos pertinere curam. Recte id quidem Crassus, si, ut dicebat, ita sentiebat, cætera per servos, ipsos verò esse per patrem familias regendos servos. Quippe œconomicam, quæ est disciplina tuenda rei familiaris, cum sit in animatis quaestuaris, in hominibus attem effici videmus. *Plat. in Crasso.*

Nulla major cura Turcas subit, quam ut plures homines ex-piant, & abducant, vendantque, & lucentur. Nam Barba-rum gentis kava rapacitate aurum appetit, ob nullamque rem magis regem observant, quam ut aureos præbeat in dies num-mos. *Cisp. A. D.*

Avium possessio.

Roma, Tiberio Principe ex fetu supra Castoris adem genitus pullus, in oppositam futrinam devolvit, etiam religione commendatus Sutori officina domino. Is maturè ser-moni affluens omnibus matutinis evolans in Rostra, in forum versus, Tiberium, dein Germanicum, & Drusum Cæ-sares nominatim, mox transeuntem populum Rom. salutabat, postea ad tabernam remeans, plurimorum annorum affliduo officio mitus. Hunc five emulatione vicinatis manceps futrinæ, five iracundia subita, ut voluit videri, excrementis ejus imposita calceis macula, examinauit, tanta plebis conser-natione, ut primò pulsus ex regione, mox & intemptus sit, funusque innumeris aliti celebratum exequiis, constiratum le-dum super Æthiupum duorum humeros, præcedente tibicine, F & coronis omnium generum, ad rogam usque, qui constructus dextra via Appia, ad secundum lapidem in campo Rediuli appellato, fuit, M. Servilio, C. Cestio Coss. ad v. Cal. April. *Plin. l. 10. c. 43.*

AGRIPPINA, conjux Claudii Cæsaris, turbam habuit (quod nunquam antè) imitantem formosæ hominum. Habebant & Cæsares juvenes item sturnum, lucinias, Græco, atque Latino sermone doctiles: præterea meditantes in diem, & allidue nova loquentes, longiore etiam contextu. *Plin. l. 10. c. 42.*

Anserum greges Scipio, Metellus, & M. Sejus habebant mag-nos aliquot. *Farro l. 3. c. 10.*

Armentorum, Pecorum possessio.

ABRAHAM, & Loth F. Haran (qui Abraham frater fuit) ditis-simi fuerunt pecore, auro, & argento: eumque simul concordés habitarent, inter pastores tamen jurgia subinde oriebantur: eamque ob causam placuit utrique, ut discederent à se invicem: Abraham quidem in vallem Mambre, Loth verò Sodomam, & Gomorham. *Gen. c. 13.*

JOB vir sanctissimus balantum habuit septem milia, came-lorum 3000. boum juga quingenta, asinas 500. copiosissimumque servitium. Quibus omnibus amissis, cum patientia sua Deum magis, magisque sibi devinxisset, conduplicavit ei omnia Deus, ita ut 14. milia balantum, 6000. camelorum, mille boum juga, & mille asinas habuerit. *Job. 1. & ult. cap.*

NABAL stulto pascebant tria milia ovium, & mille capræ in Carmelo monte. *1. Reg. 26.*

MESA, Moabitarum rex, pecudibus dives, Israelitarum regi-centena agnorum milia, & totidem lanctorum arietum quotan-tis pendebat. *4. Reg. 3.*

Bobus præci homines valde delectabantur, & suas opes in iis reponebant. Neleus, rex Pyliorum, pater Nestoris à filia procis boves Thefalicas sponaliticium munus exigebat. Hinc etiam Homerus virgines *ερωτα βοιων* vocat, hoc est, quæ propter formam facile procorum munerâ acquirant. Melampus à pastoribus Iphicli in Thefalia captus, pro responso, quæ Iphiclo de-dit: vates cum esset, mercedem bovis accepit. Eurycleus Her-culi imperavit, ut ex Hiipania boves Geryonis adduceret. Quas cum per Siciliam ageret, non dubitavit Eryx, cum Hercule eam causa in singulare certamen descendere: hinc bobus, illinc H regno, loco præmii victori propositis. *Homer. in Iliade restatur* (Iphidamantem Antenoris filium, boves centum sponaliticium munus fecero suo dedisse. *Paus. in Messen.*)

Oxymodones, id est, Octapedes, Scythico proverbio dicebantur, qui duos possiderent boves, & cutrum unum. *Lucianus in Scythia, sive Proxeno.*

Κλοακισ παος, id est, Cissamis Cows, in proverbium abiit. Hunc ajunt pecuarias gregibus supra modum divitem. Verum angustiam quotannis apparere solitam, quæ pulcherrimam omnium pecudem raperet. Ea cum in somnis apparetur ho-minem commovisset, ut se peliret sese, & ille negligeret, evenit ut tum ipse, tum universum illius genus radicibus interiret. *Zenodorus.*

Polyerates Messenius dives armentis. *Paus. lib. 4.*

Ultrâ Oreades centum millium tractu insule sunt Sceth-landicæ, quarum unæ super in piscibus sole arefactis, ac tergoibus animantium, ut boum, ovium, caprarum, & marte-riorum, ac reliquorum hujuscemodi constant: quæ quotan-tis

nis ad eos accedentes Hollandi, Zelandi, ac Germani aliarum A rerum vulgarium permutatione mercantur. Pauca in eis fru-menta, nisi aliunde adferantur. *H. Boerh. in Scot.*

Roma nuper fœre pastoriis opibus illustris, Margani, Crucei, Bubali, & omnium maxime Translybetina regione duo Mathai fratres, ex quibus fœdem domesticæ convivio adhibitus, audivit tantum sibi rei pecuaria rationes crevisse, ut quingentos canes ad stabulorum custodiam in agris alerent. *Sabel. l. 8. c. 6.*

Hispani insule Hispaniolæ boves, & vaccas, quibus carebat prius, important, tanta fecunditate, ut carnes mercedis loco offerent exhoritate volenti. Decanus certe Rodericus Baptista, ac vacca octingentos ducatos aureos viginti annorum spacio collegit, cum quovis anno bis pareret. *Petrus Cieza Tomo 2. biff. Indorum, c. 35.*

Equorum multorum, vel ravorum possessio.
 EQUIS divites.

SALOMON rex quadrangia præsepiorum milia habuit equo-rum jugalium, & duodecim milia equitum. *3. Reg. 4.*

Idem mille quadringentas quadrigas habuit. Equos ex Ægy-pto adducendos curabat. *3. Reg. 10.*

DARDANI REGIS Erichonius filius ex Teveri filia, felicitate excelluit, & fortunis, quem & Homerus scribit ditissimum hominem fuisse, cui tria milia erant equi pascentes prata. *Diodorus l. 4. c. 12.*

AUTONOUS Melanei F. ex Hippodamia filios natus est, Eto-dium, Anthem, Schœneo, Anchantum, & filiam Achanti-dem, quam forma pulcherrimam dii fecerunt. Habuitis Au-tonous equorum armenta plurima, eaque pascebantur ab Hip-podamia uxore, & filiis ejus. Cæterum Autonoo plurimum agri possident nullus cum fructus perciperetur, ob culturæ negligentiam, sed juncos ei solum, spinaque ferret: inde nomina filii Achantho, & Schœneo, & filiaque Achantidi imposuit, maximumque natu Erodium appellavit, quod ipsum destituit fer-ti terra. Is Erodus equorum studiosissimus, eos passum in pratum compulsaret. Unde cum eas Anthus exulisset, equæ à pabulo excludi Anthum devoverunt, multa deos opem flagitantem. Et pater quidem Autonous præ dolore atronitus, equas abigere cunctatus est, itemque adolescentis famulus. C

Mater vero cum equibus pugnavit, ob corpore imbecillitatem pestem filio depellere non potuit. Cùm autem hoc modo ex-tinctum Anthum desereret, Jupiter, & Apollo misericordiam duci, universos in aves mutaverunt: Autonoum in ocnum, quod pater ad ferendum filio auxilium segnis fuisset: matrem in corylum, quod se adversus equas armasset pro filio propugnans; ipsum autem Anthum, erodum: Schœneo, Achantium, & Achantyllida in aves pristinis suis nominibus infi-gnes: famula Anthi comes, itidem in erodum, sed pullo longè minorem. Atque hic Erodus, nuptiam Antho addidit, neque Anthus ephippa, quod ab equis pessime fuisset tractatus: atque etiamnum Anthus equi vocem audiens fugit, simul eam imitans. *Antoninus Liberalis ex Ovi Ornithogonia.*

MASISTUS Perlarum dux, ad Erythras Bœoticiæ cum Græcis congressus, Nisæo equo præ cæteris eminente vehabatur. Qui per latiusictus, & præ dolore in pedes erectus, Masistum excussit. Collapsum confestim Athenienses interfecerunt. *Herod. l. 9.*

ALEXANDRO Magno equi magna raritas contigit: Bucephalon eum vocantur, five ab aspectu torvo, five ab insigni taurini D capitis armo impressi. Sedecim talentis ferunt ex Philonicis Pharfali grege emptum, etiam tum puero capto ejus decore. Neminem hic alium, quam Alexandrum regio intratus orna-tus recepit in sedem, alios passim reiciens. *Plin. l. 8. c. 42.*

Tanfiper dum in acie infruenda, vel dandis imperiis, vel monendo, vel inspiciedo obsequiabat aciem, alio vehabatur equo: quod Bucephalo, qui jam gravis ætate erat, parceret. Ubi primum iniret, admovebatur ille, in quem cùm transisset, illico signa jubebat canere. *Plat. in Alex.*

Cajus Bassus, & Jul. Modestus in 2. quæstionum confusarum Cn. Sejum quempiam scribitum fuisse, eumque habuisse equum natum Argis in terra Græca, de quo fama constant esset, tanquam de genere equorum progenitus foret, qui Diomedis Thracis fuisset: quos Hercules, Diomedæ occiso, è Thracia Argos perduxisset. Eum equum fuisse haud credibili pulchritudine, magnitudine inusitata, cervicæ ardua, vigore, & colore exuberantissimo, quem phœnicem, five spadicem vocant, flavam, & comanti juba, omnibusque aliis equorum laudibus quoque longè præstitisse. Sed eundem equum tali fuisse fato, five

fortuna ferunt, ut quisquis haberet eum, possideretque, is omni domo, familia, fortunis omnibus suis ad interitum: E nem deperiret. Itaque primum illum Cn. Sejum dominum ejus, à M. Antonio, qui postea Triumvir republicæ constituendæ fuit, capitis damnatum, miserando supplicio affectum esse. Eodem tempore Cornelium Dolabellam consulem, in Syriam proficiscentem, fama istius equi adductum Argos di-vertisse, cupidineque habendi ejus exarsisse, emisseque eum H. S. centum millibus. Sed ipsum quoque Dolabellam in Sy-ria bello civili obseptum, atque interfectum esse. Mox eundem equum, qui Dolabellæ fuerat, C. Cassium, qui Dola-bellam obfederat, abduxisse. Quem Cassium postea satis notum est, victis Parthis, fufoque exercitu suo miseram mor-tem oppetisse. Deinde Antonium post interitum Cassii, par-ta victoria, equum illum nobilem Cassii requisivisse: & cùm eo potius esset, ipsum quoque victum, atque desertum, detestabili exitio interivisse. Hinc proverbium de homini-bus calamitoso ortum, dicitur solitum: homo habet equum Sejanum. C. Bassus hunc equum se Argis vidisse testatur. *Gel. l. 3. c. 9.*

NERO Imp. ostentavit Ermaphroditas subjunctas carpento F suo equas, in Treverico Gallia agro reperas: ceu planè vi-senda res esset principem terrarum insidere potentis. *Plin. l. 1. c. 49.*

Equus Imp. Probi in parcemise formam deduci potest. Is erat nec decorus quidem, nec statuosus: verum celeritate tanta, ut diurnis spaciis centum obiret miliaria, vel in decimum diem labore haud interpellato. Eum tamen fugaci magis, quam forti, ac strenuo congruere militi pronuntiavit Probus idem. *Cal. l. 2. c. 20. A. L.*

Elephantorum possessio.
 SIAMENSIS rex in India duodecim milia elephantorum ha-bere dicitur, & quibus quatuor milia semper ad subitos bello-rum casus armati sunt. *Ofor. l. 7. rer. En.*

Canum possessio. Vide Tit. Canis.
Cervorum possessio.

AGESILAUS Megapolitanus, cùm Lycosuræ domicilium ha-beret, cervam vidit, Dominæ deæ dicte sacram, consecratam jam ætate, cum torque, in quo incisæ erant literæ. *Hinnulus excipior solvante Agamemnone Trojam, Paus. in Arcad.*

Scribit *Ælianus Ptolemæo II. quem Philadelphum dicunt*, cervi cattulum dono datum quandoque: educatum au-tem ea præcipue ratione, ut ei præcedat curæ, Græca ipsum modo voce alloqueretur. Cùm idiomati invenisset brutum, loquentem intelligebat perspicue. In quantum fuerit vetus opinio, Indicæ sonum vocis à cervo tantum percipi. *Cal. l. 13. c. 34. A. L.*

Ursorum.
 SUIDRIGAL Litanorum dux, ursam nutritiv, quæ sueta ex manibus ejus panem accipere, sæpè in sylvas vagabatur. Re-deunti usque ad thalamum principis, ostia quæque patebant: ibi conficacare, ac pulsare pedibus ostium, cùm fameretur, & consuervat, cui princeps aperiens cibum præbebat. Conspira-vere nobiles aliquot adolescentes adversus principem, atque urse morem secuti, fumpis armis, cubiuli principalis jan-uum conficacare. Credens Suidrigal ursem adesse, ostio aperto mox ab insidiatoribus confosus interiit. *Aneas Syl. c. 26. Europæ.*

Piscium possessio, Piscinaris.
 JONA à Berenstien, Guilielmi F. Boemiz, atque Moravia H procerum ditissimus, redditis tantum modo piscinarum, quas in Boemia, & Moravia, atque Silesia possedit, uno anno amplius duodecies sefertur accepit, hoc est, pecunie summam majorem, quam erat, qua senatoris, & patricii Romani, vel ab ipso Augusto Cæsare, qui centum procerum, censu fuerunt. *Joan. Dabravius l. 3. de Piscinis, c. 3.*

GULIELMUS à Berenstien, Boemiz procerum unus, roga-tus, Quodnam prædium judicaret maxime fructuosum? Id quod piscinis scateret, respondit. Cùmque duo ex equestri or-dine adessent, quorum alter prædium piscinis vacuum, qua-dringentis sefertis: alter suum, cum Piscinis, dimidio minus emisset; atque uterque comparati ære alieno prægravaretur: hunc ex piscibus venalibus multo celerius, quam illum ex feno, hordeo, & oletribus, æs alienum cum fenore diluitorum affirmavit. *Dabrav. ibid.*

Crocodilorum.
 Quibusdam Ægyptiorum crocodilli sacrosancti sunt, quibus-dam non sunt, sed veluti hostes exagitantur. Sacros admodum esse